



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

16. Nupter pro parte &c. Confirmatur Decretum Congregationis S.R.E.
Cardinalium, Religionem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei
Scholarum Piarum, & ab ordinariorum jurisdictione eximens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

tores idoneos, & informatos, eorum prætenſi gravaminis cauſam allegaturi, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis.

§. 19. Certificantes eosdem ſic monitos, & monendos, ac citatos, quòd ſi in dictæ citationis termino comparuerint, ſivè non, Nos nihilominus, vel Locumtenens Noſter prædictus, ad prædicta, & ad alia graviora juris, & facti remedia neceſſaria, & opportuna procedemus, ſeu procedet juſtitia mediante, dictorum citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtantibus, abſolutionem vero præmiſſorum Nobis, vel Superiori Noſtro tantummodo refervam. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus Noſtris anno milleſimo ſexcentefimo, octuageſimo tertio, Indiçtione ſextâ, die vero ſecundâ Decembris, ſedente Sanctiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Noſtro Domino Innocentio Divinâ providentiâ Papa XI. Pontificatus ſui Anno octavo.

F. Subdatarius.

Loco † Sigilli.

J. J. Cavallerinus Locumt:

Loco † Sigilli

Petrus Scarfellius Cur. Cauſ. Cam. Apoſt. Not.

Eorum Contumacia vel abſentia Juſtitia procedenti nõ obſtabit.

D.2. Decembris 1683 Anno Pontificatus Innocentii XI octavo.

XVI.

Confirmatur Decretum Congregationis S. R. E. Cardinalium, Religionem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, ab Ordinariorum juſdictione eximens.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **N**uper pro parte Dilecti Filii Præpoſiti Generalis Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negociis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſiti expoſito, quòd licet dudum, videlicet die 18. Novembris 1621. ſel. rec. Gregorius PP. XV. Prædeceſſor Noſter dictam Congregationem Clericorum in Religionem cum emiſſione trium votorum ſolemnium erexerit, illique ſubindè nempe die 15. Octobris 1622. communicationem omnium privilegiorum Ordinibus mendicantibus conceſſorum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed etiam pariſormiter, & æquè principaliter cum ampliſſimis clauſulis conceſſerit, prout in hiſ Litteris ipſius Gregorii Prædeceſſoris deſuper expeditis plenius dicitur contineri.

§. 2. Et poſt aliquas ſtatu mutationes, quas eadem Congregatio Clericorum ſucceſſivè paſſa fuerat, rec. mem. Clemens PP. IX. etiam Prædeceſſor Noſter ipſam Congregationem ad Statum Regularum, & Titulum Religionis cum emiſſione trium votorum ſolemnium, & ad fruitionem omnium, & ſingulorum privilegiorum, immunitatum, facultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum, & indulgentiarum, Ordinibus mendicantibus hujusmodi quomodolibet conceſſorum in omnibus, & per omnia ad limites ſupradictarum binarum Gregorii Prædeceſſoris Litterarum, & juxta illarum ſeriem, diſpoſitionem, & tenorem auctoritate Apoſtolica reſtituerit, & reintegraverit.

§. 3. Nihilominus à nonnullis ſpargebatur opinio, quòd non ideo dicta Congregatio, ejuſque Clerici Regulares ab Ordinariorum juſdictione exempti eſſent, ſub prætextu, quòd hujusmodi exemptionis conceſſio dictis privilegiis individualiter expreſſa non eſſet: Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quòd ex hujusmodi opinione multa naſcebantur incommoda, ideoque cum notorium ſit, omnibus Regularibus, quibus Privilegia Ordinum mendicantium communicata ſunt, exemptionem ab Ordinariorum juſdictione hujusmodi, competere, ipſe Præpoſitus Generalis de opportuna in

præmiſſis declaratione provideri plurimum cupiebat.

§. 4. Emanavit ad ejus ſupplicationem ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiffimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit, ac declaravit, Religionem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei ſcholarum piarum gaudere exemptione à juſdictione Ordinariorum locorum, ac omnibus privilegiis Regularium medicantibus conceſſis. Romæ 14. Januarii 1684. G. Card. Carpineus. Loco † Sigilli. B. Pancericus Secretarius.

§. 5. Cùm autem, ſicut præſatus Præpoſitus Generalis Nobis ſubindè expoſiti fecit, ipſe Decretum hujusmodi, quòd firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolice confirmationis Noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſius Præpoſiti Generalis votis, hæc in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latitis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolice firmitatis robor adjicimus, ſalvâ tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 6. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniffimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & deſiniri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiſ à quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit, attentari.

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extrâ illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Martii 1684. Pontificatus Noſtri anno octavo.

J. G. SLUSIUS.

Decretum Generale Officii Sanctiſſimi Nominis B. M. Virginis.

Cùm Sanctiſſimus D. N. D. Innocentius Papa XI. per Univerſam Eccleſiam celebrari præcepit feſtum SS. Nominis B. M. Virginis Dominicâ infrâ octavam Nativitatis ejuſdem V. Mariæ cum Officio, & Miſſa propriis ſub ritu duplicis majoris; Quòd feſtum jam ante ex indulto Apoſtolico nonnullis in locis cum Indulgentiis pro Chriſti fidelibus Miſſæ ſolemnis intereſſentibus die 17. Septembris celebrabatur cum Officio, & Miſſa propriis; Inſtitutum fuit à S. Rituum Congregatione declarari.

Primò. An ceſſare debeat in dictis locis tam Officium, quam feſtum SS. Nominis Mariæ jam ante à Sede Apoſtolica approbatum, ita ut idem feſtum dicta die 17. Septembris cum dicto Officio, & Miſſa propriis non poſſit amplius celebrari.

Secundo. An dictæ Indulgentiæ etiam cenſeantur

Decretum Congregationis S. R. E. Cardinalium deſuper emanatum.

Et Apoſtolice firmitate roboratum.

Abſolutio ad effectũ.

Decretum roborans, & irritans.

Derogatio contrariis.

Tranſumptorum fides.

D. 13. Martii 1684. P. A. octavo.

Dubia de celebratione feſti SS. Nominis B. M. Virginis.

ceſſare

Quod indultum Clemens IX. innovavit.

Eorum exemptio ab Ordinariorum juſdictione à quibusdam in dubium vocatur.

cessare, an verò intelligantur translatae ad dictam Dominicam infra octavam Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.

Tertio. An dictum Officium, & Missa de nomine B. M. V. pro dictis locis, aut Ordinibus Regularibus possint amplius reimprimi, ac illo post-hac possint iidem uti;

Et Sac. Congregatio respondit ad prædicta dubia ut infra videlicet.

Ad primum. Cessare debere.

Ad secundum. Indulgentias pariter cessare pro illa die, & pro translatione supplicandum esse Sanctissimo.

Ad tertium. Non licere; Et ita decrevit, & servari mandavit. Die 17. Junii 1684.

N. Card. Ludovisius

Locus † Sigilli.

Bernardinus Casalius S. Rit. Cong. Secret.

Sac. Congregatio- nis respon- sa.

XVII.

Monasteria Ordinis S. Benedicti in Urbe Ratisbona & dominio Maximiliani Emmanuelis Bavaricæ Ducis existentia in novam Congregationem uniantur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordiū à paternæ suæ charitatis pro vita Monastice emolumento studii.

Circumspecta Romani Pontificis, cui agri Domini cura divinitus credita est, providentia, in id præcipue sollicitis studiis incumbit, ut Monasticam regularemque disciplinam, sicubi lapsa est, modis congruis restituere satagat, ubi verò Domino benedicente viget, Apostolicæ benignitatis favoribus foveat, & excolat, quoad perfectæ maturitatis frugem adspirante superni favoris auxilio provecta Ecclesia Dei uberius in dies bonorum operum lætificet incrementis. Ideo Nos ad pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam evecti, in id ipsum peculiari studio, summæque animi contentione incumbimus, eoque etiam tendentia virorum Religiosorum, Altissimi obsequiis sub suavi Monasticæ vitæ jugo mancipatorum vota, ac laudabilia Orthodoxorum Principum vitæ Fidei, & Christianæ Religionis tuendæ, & propagandæ Zelo, aliisque multiplicibus virtutum decoribus conspicuorum studia paternâ charitate complectimur, & pro data Nobis cœlitus potestate Monachorum, & aliorum Religiosorum virorum Congregationes interdum institimus, sicut personarum, locorum, rerum & temporum qualitatibus maturæ considerationis trutinâ perpensis ad omnipotentis Dei gloriam, ad Ecclesiæ Catholicæ decus & præsidium, ad Monasticæ, regularisque disciplinæ incrementum & felicem progressum, spiritualemque Christi fidei ædificationem, & animarum salutem in Domino expedire arbitramur.

Nomina Abbatum qui de dictorum Monasteriorum unione consentiunt.

§. 1. Cùm itaque (sicut accipimus) Dilecti Filii Cælestinus Abbas exempti Monasterii Reichenbachensis in Palatinatu Superiori Administrator Romanus, Abbas Monasterii Superioris Quercus vulgu Oberaltaich, nec non Monasterii Mchelfeldensis in eodem Palatinatu Superiori Administrator, Dionysius Abbas Monasterii Prufeningensis, ac Monasteriorum Endorfensis, Weislonensis, iidem in Palatinatu Superiori Administrator, Gregorius Abbas Monasterii Cellæ Beatæ Mariæ Virginis propè Ratisbonam, Antonius Abbas Monasterii Malestorfensis, Bernardus Abbas Monasterii Tegernseensis, Rupertus Abbas Monasterii Sanctorum Martini, & Aniani Rott. ad Oenum, Gregorius Abbas Monasterii in Scheurn, Engelbertus Abbas Monasterii in Alc, seu Alteni, Benedictus Rudolph Abbas Monasterii in Weichenstephan propè Frisingam, Placidus Abbas Monaste-

rii Benedictoburani, Maurus Rambeck Abbas Monasterii Montis Sancti Andecks, Leonardus Weiss, Abbas Monasterii Weislenbrunnensis, & Benedictus Abbas Monasterii Tirhauptensis Ordinis S. Benedicti, provide prudenterque considerantes, Monasteria præfata à se invicem separata de præfenti reperiri, aliorum dicti Ordinis Congregationes, & præsertim Helveticam, auctoritate Apostolicâ institutas, Monasticæ disciplinæ, piæque conversationis, & bonorum operum laude, ac pacifici felicitique gubernii bono, nec non sacrorum, eisque ancillantium bonarum litterarum studiis eximie florere, unionem præfatorum suorum respective Monasteriorum in Congregationem ab hac Sancta Sede erigendam unanimi voto consenserunt.

Quam etiam exoptat Maximilianus Bavaricæ Dux.

§. 2. Et Dilectus Filius Nobilis Juvenis Maximilianus Emmanuel utriusque Bavaricæ Dux, Sacri Romani Imperii Princeps Elector, bonæ memoriæ Ferdinandi Mariæ, & Maximiliani suorum Genitoris, & Avi pariter dum vixerunt Bavaricæ Ducum, dictique Imperii Principum Electorum, vestigiis inhærens, pro eo quo flagrat, Domus Dei zelo, unionem Monasteriorum, & institutionem novæ Congregationis hujusmodi fieri magnopere exoptet.

Singularis in eo pietas & fortitudo laudatur.

§. 3. Nos qui Monasticam regularemque disciplinam, quantum Nobis ex alto conceditur, confovere atque promovere, omni studio contendimus, piis Abbatum prædictorum desideriis Apostolica charitate benedicentes, ac præclara, omnique laudum præconio digna memorati Maximiliani Emmanuelis Ducis, & Electoris, qui florens juventutis, & fervens pietate, tam egregia Christianæ fortitudinis, atque prudentiæ specimina in bello contra Turcas strenue gerendo dedit, novisque decuribus in dies Domino benedicente, summâ cum animi Nostri læticia magis magisque inclarescit, erga res Ecclesiasticas studia plurimum in Domino commendantes, dictorumque Abbatum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdici, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula Monasteria supradicta Ordinis Sancti Benedicti in Civitate Ratisbonensi ac in dominio prædicti Maximiliani Emmanuelis Ducis, & Principis Electoris, respective existentia, in unum corpus unum, & conjugimus, sicque unita & conjuncta, ac alia Monasteria ejusdem Ordinis, illis, ut infra dicitur aggreganda, in novam Congregationem sub titulo Sanctorum Angelorum Custodum Bavaricam nuncupandam, ad instar Congregationis Helveticæ dicti Ordinis, tenore præsentium perpetuo erigimus, & institimus.

Absolutio ad effectum.

In unum corpus præfata Monasteria conjunguntur.

Novæ Congregationis inde exurgentis titulus.

§. 4. Ac ipsam novam Congregationem sic erectam & institutam, ejusque Monasteria, & loca regularia, illorumque Abbates, Monachos, & bona quæcunque ab omni jurisdictione, visitatione, correctione, & superioritate quorumcumque Ordinariorum, ita ut illi in novam Congregationem, Monasteria, loca regularia, eorumque Abbates, & Monachos hujusmodi aliquam jurisdictionem, vel superioritatem, quovis prætextu, & ex quacunque causa habere, & exercere non possint, (salvo tamen eisdem Ordinariis locorum, quoad Monasteria prædicta, que horum ordinariæ jurisdictioni hæcenus subiecta fuerunt, & in libris Cameræ Apostolicæ descripta non sunt, jure, confirmandi Abbates, & quoad omnia Monasteria, salvis aliis iuribus, eisdem vigore Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum competentibus (tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis) harum serie eximimus, & liberamus.

Eximuntur à jurisdictione Ordinariorum.

Salvis iuribus quæ illis vigore Concilii Tridentini &c. competunt.